Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Ratiſbona inſignis ⁊ memorie digna vrbs ac libera ad ripas danubij ſita: a Tiberio Nerone cōdita: anno quo xp̄s iheſus pro ſalute generis humani paſſus eſt. Baiorarie olim metropolis hanc regionē antiquitus norici tenuere. Cuiꝰ adhuc portio tranſdanubiū ſita noricū appellant. Noricis autem baioarios ſucceſſiſſe. Et cum reperiā vetuſtiſſimos codices hanc baioariam appellant: quaʒ moderni bauariā dicunt. ⁊ a bois baioaricum nomen deſcendiſſe ꝑſuaſum eſt. Cui Strabo vires adhibet romani baios galloꝝ gentes e finibus iecerunt. Inde migrantes circūiacētes hiſtro loco cuʒ thauriſtis habitarūt. Conſtat igit̄ eos in pannonia conſediſſe: ⁊ inde facile in noricū continuā regionē migraſſe. Quāq̄ʒ oliʒ deſerta vt Strabo tradit nunc cultiſſima eſt. magnas ⁊ ambitioſas ciuitates habēs ⁊ oppida nobiliſſima. Ratiſbona vero ornatu ceteras excellit. Pōtificales vrbes in ea quinq̄ʒ ſunt: quaruʒ nunc metropolis eſt Salczburga vocata ex flumine cui adiacet. veteres iuuauiā vocauere. Ratiſbonēſis aūt ep̄atꝰ oliʒ clariſſimꝰ fuit: cui ⁊ tota bohemia ſbiecta erat. hec vrbs ſeptē noibꝰ inſignita fuit. quibꝰ in ſuis iuribꝰ ⁊ libertatibꝰ claruit. Primo a ſui cōditore Tiberina vel Tiburina dicebat̄. Tiberius eīn liuie auguſti vxoris filius: ⁊ ipſiꝰ auguſti preuignus: quē cū auguſtus in filiū adoptaſſet: mox magno exercitu cōperato cōtra noricos ⁊ vindelicos miſit: qui eos ī prelio ſupauit ⁊ hanc vrbē apud noricos edificauit. Secūdo vrbs quadrata lōgo tp̄e dicta. cū ad quadratā figurā ⁊ quadratꝭ lapidibꝰ magnis muro circūdata fuit vti in reliquijs veterꝝ muroꝝ retro ſanctū paulū cerni pōt. Tercio hyatoſpolis vel hiaſpol' ob ruditatē ppl'i agreſtis: qui ore hiante vt rurales finitimi faciūt verba hyantia ꝓferebāt. vel ab hyantiū aq̄rū ꝓpe ciuitatē cōfluxu. cū danubiꝰ naba ⁊ ymber ⁊c̄. fluuij in latere aquilonari cōfluāt. Quarto germeinſheim a populo germanie qui eā frequētare ſolebant: vel a germanico qui ciuitati p̄fuit. Quinto reginopolis ob frequētes cōuētiones principū ⁊ regū vt hodie aree turres ac excelſa edificia magnatoꝝ oñdūt. Sexto imbripolis a fluuio: cū ymber fluuiꝰ ſeptētrionē verſus ī danubiū fluit. ⁊ vernacula līgua hoc nomē regenſpurg adhuc ſeruat. cū in tali cōfluxu olim ciuitas incepta fuit. Septīo ratiſbona dicit̄. cuʒ rates ob mercimonia ⁊ tp̄e karoli magni ad bella ibi cōfluebāt: ⁊ tāq̄ʒ firmiter ſita ⁊ edificijs roborata: hodie ratiſbona appellat̄. Danubiꝰ aūt

fluuius germanie ꝑmaximus. qui ⁊ hiſter dictꝰ vt Solinus habet germanicis iugis orit̄: monte effuſus qui rauracos gallie aſpectat. Sexaginta amnes in ſe recipit ferme oēs nauigabiles: hanc vrbem inſignē preterfluit. Et firmiſſimo ponte lapideo plurimoꝝ artiū ciuitatē cū ſuburbio iūgit. De quo ſcribit̄. Pons fieri cepit dn̄i dum annus incepit. Mille centenis decē ſemiq̄ʒ denis. Karolus magnꝰ chriſtianiſſimꝰ imꝑator cū armis baioariā ſibi ſubiecit: ⁊ taxilo baioarie dux deſiderij regis longobardoꝝ gener: quē prius deuicit ſtimulis vxoris concitatꝰ hunis ſibi ꝯfinibus ſollicitatis bellū in karolū mouet. Is ſua celeritate pacē cōfecit obſidibꝰ ante receptis. vrbē ratiſbonā tūc q̄dratā dictā aggreſſus cōuerſus in eos q̄ eā occupabāt a fide nr̄a alienos. Et eaʒ vi cepit coegitq̄ʒ vt xp̄i fidē integre reciperēt. In eo bello magna cedes hoīm ante ratiſbonā edita. Et magna multitudo infideliū ac hunoꝝ abſūpta de ſuis q̄ʒ aliq̄s amiſit: qui in baſilica ſcti petri extra muros vrbis ſepulti ſūt. Ab eo tp̄e hec inclita vrbs magnū incrementuʒ accepit. Baſilica q̄ʒ decorat̄ epiſcopali ſūmo: in honore tandē ſcti petri dicata: priꝰ ob fraternitatē canonicoꝝ ratiſbonenſiū ⁊ remēſiū eccl'ia ſcti remigij appellata. Opus preclariſſimū in vrbe nondū cōpletū. Et cenobio ſcti Emmerāmi ordinis ſcti bn̄dicti ampliſſimo: mōaſteriaq̄ʒ dn̄arū plura hʒ: precipue ſuperiꝰ monaſteriū virginis glioſe. Inferius in q̄ diuus Erhardus ep̄s quieſcit. Plures ī ciuitate domus cōſecratas eccleſias hn̄t: ⁊ ꝓprias ſacerdotes. Arnolfus aūt imꝑator q̄ hūc locū pre ceteris imperij locis ſūme dilexit. murꝭ ampliauit ⁊ monaſteriū ſancti emerāmi incluſit ⁊ plurimū adornauit. A cede eīn nortmānoꝝ rediēs baioariā oſſa ſancti dionyſij ariopagite in fine ſue etatis cenobio tradidit cū libro euāgelioꝝ ornatiſſimo ac l'ris aureiſ ꝯſcripto: ⁊ demū apud eos ſepultꝰ. Ornat̄ ⁊ hec ciuitas glorioſo martyre ſctō Emmerāmo ep̄o: ⁊ ſctō wolfgango eius loci vndecimo ep̄o: q̄ mira apō eos geſſit: monaſteriūq̄ʒ ſcti pauli ꝯſtruxit. Albertus q̄ʒ magnꝰ oīm doctrinarū peritiſſimus apud eos ep̄atū rexit. Ideo de his patronis per ratiſbonēſes ſcribit̄.

Gaude ratiſbona ſuper excellentia dona
Concludis duo bis in te gratiſſima nobis
Corpora ſanctoꝝ ſacer eſt dionyſius hoꝝ
In numero primus emerāmus laude nec imus
wolfgangꝰ erhardus neuter medicamie tardꝰ
Quatuor iſtoꝝ precib us necnō alioꝝ
Hic cōtentoꝝ ducamur ad aſtra poloꝝ